




Joannis Lodovici Vivis Valentini philosophi Opera: praelectiones quinque


<https://hdl.handle.net/1874/295216>

ora

Hisp.
A.

Vives





IOANNIS LODOVICI VIVIS VALEN
TINI PHILOSOPHI OPERA.

Prælectiones quinque:

In leges Ciceronis. vna.

In Conuiuia Philephi. vna.

In quartum Rhetoricorum ad Herennium. vna.

In suum Christi triumphum. vna.

In suum sapientem. vna.

Christi Iesu triumphus.

Marie dei parentis Ouatio.


Christi Clypei descriptio.

Sapientis disquisitio.

Que omnia (facimus tibi bone lector fidem) ex ipsius
authoris exemplaribus emendatissima esse a nobis impressa.



IOANNIS LODOVICI VIVIS IN SVVM
SAPIENTEM PRAEFATIO.



Mnes qui de corruptis hoim moribus scribunt: quicq; illes quoq; modo norant: eo fine illor; habent ratione: vt ab ijs qui sunt emēdent: vident a minorib; . sanctus est hic zelus virtutis & seueris hoibus cōcessus in primis. hanc lingua philoſophis olim libera & ipsi habiti grauiores atq; seueri quasi verū sequētes. Quare mihi de huma-

Cicero.

na vita multo plus benemeriti Satyrici videtur q̄ Panegyrici, vt illi apud Catonē Ciceronianū inimici: q̄ ij amici q̄ dulces videantur. illi enim sepe vera dicunt: hi nuncq; . ad hoc qui hoium vitia q̄ uis mō subtrahunt nihil ad se de humano ḡne putāt. Ipsi forsitan reſecti cū p̄spiciāt nihilū valere veritatē. voluptatē posse plimū aim esse nullū. si qs sapiētā q̄rat vel mentē. iueniat pot̄ sensus torporē & parē itelle. abortiuos atq; mōstrosos. nihilo seci cū iſurgendū erat validi. I has labes. ne serperēt fortiores: cūq; a beluino vīctū deterriti mortales essent igenio studētes relicto sensu adit̄ pateret ad eā (q̄ nihil ē in deo pulchri) sapia quē vel soli cōpata iuenit̄ prior. Sapia prima ē (inqt Horati) stultitia caruisse. qd putam̄ fuerit i cāvt athēis tot sapiētes. vt fuerit tot romē. vt tot i xp̄iana religiōe. vt hac tēpestate tā pauci v̄ nulli. Nēpe q̄ licebat i liberis ciuitatib; liberas esse liguas. q̄ praua q̄si discerperēt ac dilaniarēt. Licebat in exordio crescētis ecclīe sedulo peccātes i crepare. & qs dei timor nō reddebat meliores verecūdia mūdi (q̄ tulū cūq; id eēt) retraherat. Atq; habet nra etas palpones & gnatones egregios q̄ blādis adulationib; faciora fouēt. qs hęc nō i crepat̄ sed qs nō facit: idq; adeo vt sint ipsi primi q̄ deberēt lucillij gēuiū expiri. Ac cedit huc q̄ q̄ mgri p̄ritatis & sapie erāt alijs tāq; exēplar q̄ddā ac lucerna. p̄positi mēdacia: nugae: mera deliramēta secuti imēfas te nebras iduxerūt: q̄ factū ē vt vmbra fore vera copa crediderit. & si qs se solidū vidisse corp̄ asseruerit habit̄ fuerit derisui. Quā ob rē nūc eos ludētes attingam̄ expiamurq; i vtrā id referēt partē. Nā si & boni cōsuluerit & vitā demētijs reddiderit tersiorē. monitore me nō idigebūt. nec talē me ipse haud req̄sit̄ obserā. Sin parē hisce pauculis nos senserim̄ p̄fecisse apiemus oēm eorū vitā. faciemus oibus oīum vanitates longiore sermone perq; notas. qm̄ etiānt̄ ab h̄ mūcre mime cōstitui desistere q̄ ad v̄l vicerov̄ f̄ obpetiero. vale.

Horati.

In leges Ciceronis Prælectio.

IOANNIS LODVICI VIVIS VALENTINI
VIRI PHILOSOPHI IN LEGES CICERONIS
PRAELECTIO.



Redo ego vos viri mirari qd sit qd cū eēt iā hoc
tpe maxime Ciceronis leges exponēde taceātq;
tot optimi iurecōsulti in ea re ipsa: fuerim ego il
las adorsus quadā quodāmodo audacia fretus
insolētiq; abhorrēda. sum enī philosophus vt
sepe dixi. iuri ciuili vel pontificio adhibui studij nihil. consilium
tamen meum iā nunc quiescite modicum precor & audietis: intel
ligetisq; (vri spero) qd philosophum deceat atq; cōueniat. ī qua
materia puto a diuisione mihi esse incipiendū: ne cōfundam oīa.
Principio quidē viri iura legesue alia esse naturalia / diuina alia ci
uilia gētiliāq; / & militaria quēdā habetis exploratū. Ius naturale
finitur ab Aristotele libro de republica primo. quidem habet ean
dem vim vbiq;: nisi mauultis id esse ius naturale qd habent oēs
scriptum in cordib⁹ suis. & cōuertitur mutuo vtrūq;. idē imutabi
le prorsus habēt omnes nationes. sentiunt de illo vno eodēq; mō
nec est quispiā gentis vllius qui huic iuri nō assentiat. nec mirum
qm̄ eadē est innarrabilisq; in omnibus hoībus natura: qua sola dī
stante in corde suo vnusquisq; leges varietatē non admittētes de
pinxit. quare non quia sic vni homini videt: non quia sic vni sena
tui: nō quia sic vni rei pub. nō quia sic deniq; regno vel orbi sunt
leges ille ratē atq; acceptē. Sed quia sic nobiscū ortē: nobiscū adole
uerūt: non senescentes. ingessit enim ipa natura (cuius sunt subti
lissime & impscrutabiles vires) vnicuiq; primū nascenti deorū ve
nerationem & cultū. ingessit congressus: ac humanę cōmunicatio

Aristot.

In leges Ciceronis.

nis appetitum quem ne solitudinū quidem amantissimus nec ipse
Timon. Timon hoīum oser queat a se penitus reijceret ingessit etiam deli-
 ctorum nōnullā erubescentiā & male actę vitę conscientiā: furias
 vt poetę dixerunt agitantē, ingessit & superiorū aut prudentium
 aut senum aut principū reuerentiā quā a se quisq; nisi cum homi-
 nenō deponet. Subtricebo nunc de viri & femine coniunctione de
 susceptę prolis educatione: de promissis debitiscq; reddendis: & id
 genus ceteris quę omnia pertinent ad ius naturale. Hęc igit̃ cum
 ita sint viri nullū opinor vestrū dubitare leges diuinas/ciuiles/gē-
 tiles ac militares ab ipsa lege nature natas esse. ex illo enim ingeni-
 to dei cultu vniuersali particulares dei deorūq; religiōes sunt sub-
 ortę. Nā etsi vnusquisq; duce natura exhibendam deo reuerentiā
 sciat: nescit tñ an is deus sit homo aliquis: vel animal aliud: herba
 vel sit: vel lapis: an res queppīā quę vel nō sentiat profus: vel non
 sentiat: nescit etiā quale opus est in eum ipm deum seruare pieras-
 tē quales obseruantias & cęrimonias in ciuitate quoq; constituē-
 da q̃q; nescit per se habendā esse ciuium rationē. colendā iusticiā
 inter eos & pacem: ignorat tñ quib' medijs: quibusq; p̃ceptis id
 q̃ facillime assequemur. nec obstat quicq; certo fine incerta media
 nos habere. Ideo nāq; videmus de lege nat ure vt pote venerando
 deo: tuēdaq; hominū societate nullū con sulere: neq; eligere sed de
Aristot. medijs aptioribus atq; facilioribus. De fine enim inquit Aristote-
 les & rebus certis nō est electio neq; consiliū. iam hoc naturali iure
 (nā legē & ius nunc cōuerto) proposito tanq; signo sagitariorum
 is qui expeditissimā ad illud consequendū conseruandūq; semitā
 inueniet merito vocabit̃ nimirum legislator. is audiendus est. illi
 parendū: illi tributū negociū de hac ipsa re hominū generi vtilissi-

me differere. Nam qd vtilius q̄ hominem ad finem cui natus est ducere quem si prius quid sit viderimus: p̄scrutabimur facile spero cui pertinet ipsius cognitio atq; scientia: ex quo efficiet clarum (Opinor) quis hominū maxime leges populis / ciuitatibus / & gētibus dabit. Omēs qui de philosophia tractauerunt: aut quorum fuit supra vulgare ingenū nō nihil aliū: disseruerūtq; de ipsa hominis in hac vita beatitudine in hanc vnam sententiā conueniunt vnūquēq; hominum ad virtutem foelicitatēq; duce natura posse peruenire. quippe cum viuere scdm naturā hominis bonū vltimum atq; finē dicerent. essetq; eadē hęc indifferens ve in cunctis in re aperta nequibant tergiversari genus hominū neminē cōplecti nullo modo aptū ad beatitudinē. adde q; creasset illum deo frustra: videreturq; ipsi fecisse iniuriā. Quid deniq; vni? speciei in diuiduo potest conuenire: quod alijs inesse sit impossibile? Qua propter ea que fortunę temeritati vel improborum hominum ve sane subiaceret potestati ni hil ad ipsius beatitudinis essentiam festi sunt attinere decorare pleriq; sunt opinati. Nam cū hęc ipsa vltra nostrā voluntatē posita essent: aliorū potentie subdita: fieri posset vti nos beatos reddere aliquā in manu nostra non foret qd non secus natura pateret: q̄ q; aliquem creet cui potestātē adimat bene viuēdi. hoc p̄cipio optimo falsi sunt plures i vestigatiōe: cū viā q̄rerēt viuēdi iuxta naturā. & dū hęc his alia videt: & ab alijs petēda q̄ illis. Alii est etiā illorū viuēdi mod⁹ q̄ horū. Epicur⁹ em̄ a brutis ipsis vim naturę postulās quā videt nil nisi voluptariū curare voluptatē sibi p̄fingit statū foelicē astipulat. illi sententię Aristip⁹ quā ab Eudoxo pri⁹ tractatā habuerūt. Hieronim⁹ rhodi⁹ q; videt Hierony ret molestissimū oib⁹ eē dolorē: priuationē illi⁹ foelicitatē purauit rhodius.

Epicur⁹.

Aristip⁹.

Eudox⁹.

Hierony

ret rhodius.

In leges Ciceronis.

Lucreti⁹. hominis complexus est vtrūq; Lucretius his verbis.

O miseris hominum mentes, o pectora tota
Qualibet in tenebris vite quantisque tenebris
Degitur, hoc æui quodcumq; est nonne videtis
Nil aliud sibi naturam latrare: nisi utq;
Corpore seiunctus dolor absit: mente fruatur

Calipho lucundo sensu, cura semota metuq;. **Calipho** vero: **Polemon**
Polemō. & **diodorus** noluerunt in beluis naturā inquirere: sed in hominib;
Diodor⁹ bus, opinantes nō eodem mō illā sese vtrisque habere. ad hoc q; in
beluis forte degeneraret: quare cū perspicerēt hominis naturā be-
ne ordinatā nō corruptam ad virtutē esse multo propēsiorem, vi-
tium vero nō minus rectā naturam abhorrere: q; pestem aliquam
animorum omniū atq; mentiū, ipsam necessariā in primis huma-
næ perfectioni voluerūt, ad dentes autē partē doloris vacuitatē, par-
zeno. tim voluptatem, **zeno** vero **zenonisq;** inuentorū emulī qui sunt
de scholę nomine stoici vocati: nudā ipsam virtutē & honestatē
beatitudinē esse censuerunt, cætera omnia vitij dēpris paria esse
quę si adueniant sunt recipienda, minime appetenda si absint. At
Aristot. **Aristoteles** longius acutius alijs naturam introspicēs cum eā vi-
deret in brutis vtpote ad sensum viuētibus nō esse inquirendam,
nec in hominibus purā liquidāq; posse inueniri, tum q; mutantur
hominū sententię scđm id quod varia die variū vnicuiq; videt,
tum q; est propter imixta scelera ipsa natura in hoibus & oppressa
& deprauata reperendā alius vbi omni scelere labeq; vacaret, in
tegra claraq; psisteret intellexit, Ideoq; quod præcipuū i dijs esset:
quaq; re ducerent maxime vitam beatā: id in homib; finem quē
inquirimus affirmavit esse, parēteis vero / patriā incolumē / ami-

cos/genus/cognatos/diuicias ornare foelicitatem asseruit. que q
 vti scit (inquit Terētius) ei bona sunt: ei qui non recte vti mala. Terētius
 Aristonis vero Pyrrhonis & Herilli (q̄ selectum in rebus nullum Aristot.
 ponebāt) iam pridē explosa sententia est. Videtis naturalis homi Pyrrhon
 num finis speculationē cum sit de natura cognitio philosophicas Herillus:
 esse partes. eiusdē etiā erit de alijs præcipere. Cuius est em̄ inquirere
 illius est inuenire: & inuenta tradere. Quāobrem cum sint omnes
 leges ad bene beateq̄ viuendū ordinate: bene beateq̄ viuere phi
 losophus doceat: quidni etiam leges ipsas quasi quædā media &
 expeditas vias ad finē humanū ipse ferat. Quomō em̄ ad finē is
 legislator deducet: cui est virtus & finis essentia incognita: accō
 modabit sane finitum præptiora: tū conuenientiora cui est totus
 ipse finis intus exteriusq̄ notus: atq̄ exploratus. Ad hæc bonarū
 legum conditiones tres philosophiæ partes sibi diuidūt inuestigā
 das. Perquirūt siquidē naturalium cognitor rerū sit ne lex scd̄m na
 turā. an loco tpicq̄ conueniēs: atq̄ possibilis. an utilis & necessaria
 ante hæc nemo pficiet nisi q̄ hominū ingenium & naturam contē
 platus. Differet moralis: an iusta sit ac honesta: lateat ne quid doli
 mali propter obscuritatē introspiciet dialectica. quam qui ab hoc
 quieto iuris disputandi genere putāt abhorrere: audiant quid de
 Seruio Sulpitio peritissimo ætatū oīum iuriscōsulto dicat Cicero Cice
 in libro quē de claris oratoribus vocāt. Sic em̄ inq̄ brute existimo
 iuris ciuīlis magnum vsum & apud Sceuolā & apud multos fuisse
 se artem in hoc vno q̄ nuncq̄ effecisset ipsius iuris scientia: nisi eā
 preterea vidisset artem: que doceret rē vniuersam tribuere in par
 tes. latentē explicare definiendo obscurā explanare interpretando
 ambiguā. primū videre. deinde distīguere. postremo habere regu
A iiii

In leges Ciceronis.

lam: qua vera & falsa iudicarentur. & quæ quibus ppositis essent
 quæq; nõ essent cõsequẽtia. Hic enim attulit hãc artem omnium
 artiũ maximã: quasi lucẽ ad ea quæ cõfufe ab alijs aut respondebã
 tur: aut agebant. Dialecticam mihi videris dicere inqt. Recte inq; **Cicero.**
 intelligis. Hec ad verbum Cicero quæ ideo induxi vt qui rationa
 lem philosophiam quã appellãt logicem: a legum notitia credũt
 esse alienam: eis q; vtilissimã & necessariã esse cognoscant. O vitæ
 philosophia duxio virtutũ indagatrix expultrixq; vitiorũ. quid
 nõ modo nos sed omnino vita hoĩum sine te esse potuisset. Tu vr
 bes pepercisti. tu dissipatos homines in societate vitæ conuocasti.
 Tu eos inter se domicilijs primo: deinde coniugijs. Tu litterarum
 & vocum cõmunionem iunxisti. Tu inuẽtrix legũ: tu magistra mo
 rum: & disciplina fuisti. Audebo igitur iure meo de legibus philo
 sophus ipse differere: cũ etiam Cicero nõ velut iuris peritus sed ve
 lut philosophus libros hos de legib; edidit. **Plato.** Platonẽ philosophũ
 in illis duodeci libris emulat: vt i libris de re publica & septi; alibi
 fecit. Hinc priscas vrbes atq; res pu. qui instituebãt & philosophi
Trimegi erant & habebãtur. Phũs sane Mercurius trimegistus egyptiorum
ftus.
Licurg; legifer. phũs Lycurgus lacedæmoniorum. phũs Solon atheniẽsiũ
Solon.
Plato. siracusanoũ expulso dionysio plato. quẽ a thebanis & archadib;
 (vt suis ciuitatibus leges daret) ferunt præcatum. Ordinauit suos
Aristot. stagiritas Aristote es. Pyreos scribunt meledinum. Venio nãc ad
Meledi Ciceronẽ cuius est in hoc opere tripartita disputatio. Primũ docet
nus. quid sicũs ingenitum vnicuiq;. deinde quæ sit deoũ immortalĩũ
 religio. Postremo qualia impia & magistratus esse conuenit in ci
 uitate. Princeps enim est ius nature. secundũ est ius diuinum a quĩ
 bus tanq; e fontibus ius gentium atq; ciuile orit; quorũ vtilitate

Prælectio.

breuibus explicabo. Multi fuerunt philosophi viri qui relicta rei familiaris & publicæ cura adeo rerū speculationi contēplationiq; sese dediderūt vt in omnimodā secessentes solitudinē ab hominū congressu semoti: noctes insomnes ducentes dies totos sine nutrimento. obliui sui: quasi meri spiritus in corpe: copi non cōmixti quasi hic existentes aliam vitā viuentes: indefesso studio rerū naturas inuestigare curarunt. prestātissima res meo iudicio & hac nostra immortalī anima digna: sed nō tā alijs q̄ sibi ipsi vtilis. Socrate vero tantifaciunt oēs q̄ phiām in coelis ac elementis versantē ad cōmunē hominū vitā adduxit. Vidit em̄ acutus hic vir & vt dixit Appollo sapiētissim⁹ se nō sibi soli natū eē qd̄ scripsit postea discipulus plato sed ortus sui partē/patriam/partē amici/partem genus hoīum vendicare: consuluit sibi suoq; diuino ingenio in rerum inquisitionē. consuluit humano generi de quo est pbene meritis præceptis bene beateq; viuendī tradendis. hac re nullā habeo vtiliorem/nullā opportuniorem/nullā in qua magis quicq; hoīes cunctos posset demereri. Qui enim parrhisijs louaniū eunti certam & expeditissimā indicat viam. Nōne is in viatorem maximum confert beneficium: nōne is quasi de suo lumīe lumē accēdit q̄ aperit viatori iter quo facillime finē pertingat. At quid de illo nos iudicabimus qui nō iter ad vnā urbē: nō iter ad vnā rēpub. ostendit sed viā regiam ad ipsum finē totius humanæ vitæ. ad id quo voluit hominē deus optim⁹ maxim⁹ creati: quare cū ex his trib⁹ Ciceronis libris prim⁹ insitā vnicuiq; honesti viā doceat: ex qua nascunt̄ omnia iura secundū cultum deorum in quo mutatis nominibus Iuppiter Iuno & silibus in xpm mariā virginē & id genus nōstre religionis a christianissimo dī s̄a videbunt̄. Tertius le-

Socrates
sapiens.

Appolli
nis oracu
lum.


In leges ciceronis prælectio.

gesmagistratuū / militū & ciuiū omniū instituat: nullos libros
presertim gentiliū digniores censeo qui legant: qui relegat: q̄ i ma
Plinius. nibus semp habeant Ciceronis libros officiorū. C. plinius in præ
fatione naturalis hystorię verlandos noctu & interdiu præcipit.
qui eos vidit & aliter sentit: scelestissimus: & cū sibi tum alijs per
niciosissim⁹ mihi videt. Ego vero nō ificias eos plura in libris offi
ciorū esse vtpote maioribus scripta q̄ in his libris de legibus. ea
tū quę in his sunt scripta nihilo proculdubio dictis illorū cedunt.
sunt vtracq; sanctissima præcepta. est vtrobiq; toti vitę perq; salu
laris doctrina. fatebor viri quę mihi sepenumero contigerunt cū
summo studio codices omnes Ciceronis lectitarem: inspiceremq;
in his tribus libris de legibus & illis tribus officiorū ea quę in inti
mis monumentis nostre religionis sancti illi patres reliquerunt ea
que locutus est paracletus per pphetas: ea deniq; quę noster Iesus
& fecit & docuit. at dubitabā essent ne volumina e Ciceroniana
bibliotheca an essent a viro christiano cōposita. an subdititia vt
ñ forte quattuor libri rhetoricorū qui sunt ad herenniū inscripti
ab hac hēsitatione stilus & filū orationis plane Ciceronis citatiq;
loci ex ip̄is opibus q̄ plurimi a viris nostra religione antiquiori
bus me retrahebant. Antevero q̄ ipsum opus mihi certe arduum
vobis vtilissimū & facile satis futurū (vt spero) aggredi te christe
Inuocat. noster optime maxi. te sacrosancta parens & virgo vosq; coelites
omnes oro & obsecro ne me præconē legū vestrarum vnq; defera
tis. neve quicq; vobis aduersum permittatis me asserere. suppedi
tate mihi semp materiā vobis longe gratissimā. & hosce meos cō
militones qui præconiū meū: meū imo vestrum (nā vos impera
tis) audiunt: adeo reddite bonis monitionibus blandos: & faciles

In conuiuia Philelphi. Praelectio.

ad retinenda monita tenaces: ad exequenda propensos: vt non so-
lū vim orationis & verborū corticem nanciscant: sed medullam
sensus cupiant: atq; vorent quę tanq; mitridaticū antidotū sanos
faciat firmiores: venenatos prorsus expurget. quo verā hominis
beatitudinē ad quā vobis eos nasci placuit consequant. Vosq; q;
viri summopere p̄cor vti seposita tantisper affectuū turbulentia
mentis aures cōmodissime ac p̄stantissime itidem & maxime ne-
cessarię lectiōi p̄beatis. cuius nunq; (spero) p̄cēnitebit: qn poti⁹
quoad vixeritis audiuisset (credite mihi) iuuabit.

EIVSDEM IOANNIS LODOVICI VIVIS VA-
LENTINI PRAELECTIO IN CONVIVIA. F.
PHILELPHI.



Esci nō estis optimi viri q̄ sit vnūquēq; sibi ip̄i
satisfacere facile: omnib⁹ vero difficillimū. Pri-
mum cū sese natura diligit quisq;: vnde apud se
quęq; agat aut dicat habet p̄bata: sunt enī amā-
ti perbella quęcūq; ab amante fiāt. Deide q; ho-
minū et mores diuersi sint & ingenia nunq; fere idē sententia: ob
quā rem nec eadē cunctis simul probant. hi nāq; pulcherrimū bel-
lo p̄stare putant: quod alijs q̄ sceleratissimū videt: & hominum
perditorū: qui litteris antecellere diuinū quiddā esse iudicāt. Alij
p̄ter voluptatem summi boni nihil habent: vt epicurei quā so-
crates stoici omnes ac plato eximiā corporū omniū & mentium
asserunt pestem esse. inde phōrum opinatiōes tam variā ac inter
sese pugnantes sunt exortę q; alijs demonstratio nō persuadeat &
ediuerso. Est em̄ inq; in phedro socrates contentiosus incredibilis Socrates

Epicurei
Socrates.
Stoici.
Plato.

In conuiuia Philelphi.

Plato. demonstratio. Ad quid tam multa de humano sensu? Nempe vt intelligatis priore interpretatione cum nō arbitraret mercedē quā pollicebantur auditores meo labori ac arti illi quā profitebar respondere: duxisse me satius lectionis filum rumpere q̄ exiguitate mercedis perterritū nihil q̄ illis placeret: nihil qd' illis foret oblectamento in mediū afferre. quapropter multis forsitan nō. satissime: mihi ipse satissime cordatis quidē viris (vt spero) quis enim nō videt prestare nequa q̄ interpretari q̄ quę dicat professor nulla spe fretus ea pferat longe frigidissima. neminē studeat mouere: ne se ipsum quidem qd' in primis necesse est vbi vobis viri optimi alterius lectionis & huius causas exposui anteq̄ de materia conuiuiorū philelphi disserere incipio: patefaciā vobis quē voluerit cū primis ipse emulari & quonāmodo. qd' vt facili' multo peragam vtar tantisper vēstra beniuolētia: quę efficiet vt mihi animos de his attentiores. Aulus gellius vir per seipm̄ probatissimus cū vellet tum suę memorię consulere tum oblectari tum vel filijs (vt ipse ait) & alijs quantū posset prodesse oīum sciētiarū primitias quasdam & quasi libamenta contulit in opus vnum: nōnunq̄ ex intimis disciplinis enodauit quęstiones cuius stilum & pene verba nostris t̄pibus Petrus crinitus vir plane doctus est secutus cui libro titulum fecit de honesta disciplina. Angelus itidem politianus: nā & ob hoc nuscellancū codicē appellauit. Gellium nō multo post Aurelius Macrobius emulatus optime cuiusq̄ disciplinę quęstiones exposuit quas cum percipere cōfutauero quodā modo vt gellius distinguere nolisset Saturnaliū conuiuiorū libris septem distinxit vbi ea festa inter amicos quosdam finxit esse celebrata. tractatā quoq̄ materiā iter epulas cum authorem (arbitror) Philelphū

Aul^o gellius.

Petr^o crinitus.
Angelus politianus.
Macrobius.

Prælectio.

in primis imitatū vt variā suā eruditionem indicaret posteritati.
 Platonis vero symposiū. i. cōuiuium qd' vti marfilii ficinus nar
 rat laurentius medices leonis decimi pont. opti. maxi. sub quo vi
 uimus pacē instaurauit. ideo præteritū qn totū vniforme est & si
 bi semp simile totū in eadē re vtpote amore versat. Eiusdē quoq;
 Platonis thimeus & si preludiū habeat cōuiuorū nihil tñ apposi
 tum mensē narratur. nō fingunt discumbētes. inducūt thime^o plato.
 tonis magister rogātī socrati de superioris & inferioris mundi na
 tura: deq; rerū oīm principio differens. ostendit multis verbis thi
 meus rerū originē quā Moses in libro genesi breui sermone depin
 xit: trāstulit in eū librū Plato plurimū antiquorum philosophiæ.
 trāstulit multo plus bebraicę/theologię/ac ægyptię. O foelix pla
 to qui vtriusq; phiē tantam lectionē habuisti. Redeo nūc ad fran
 ciscum philelphū quē vbi dixi macrobiū in saturnalib⁹ emulatū
 exponā quā in hoc libro materiā tractet. A pes aī alia vatibus mul
 tū cantata in diuersos hortos volātes ex vario florū genere imita
 bilem hoibus (vt inqt Fabius quintilianus) laborē cōficiunt dul
 cissimū: plane vt norunt c mnes eas nobis imitandas (quo & nos
 dulcissimū opus efficiam⁹) boni authores cōplures proponūt: vo
 lant (nec dubium) per plurimos hortos: qui plurimis ornatī scien
 tijs multos variatū arborum flores degustarūt: vnde q faciūt opa
 tanto sunt apum melle dulciora: quāto spiritalis dulcedo corpo
 rea præstat. cū voluisset igit (quē aggredimur) philelphus mellifi
 ca videri apis delectatus lectionū distinctionē: librū hunc omni
 eloquētia ædidit: in eo sunt ex intima naturali phiā ac morali ex
 pedite questionē astrologiē multa cognitio quāta in eo dii boni
 antiquitatis notitia quāta & inuentorum & disciplinarum cōser

In cōuiuia philelphi prælectio.

uatos historia. vnde opus hoc de quarundā ortu & incrementō di-
sciplinarū nō inepte plures inscribī putarunt. hęc habui me de con-
uiujs nostris dicere: facturus finē ni occurreret mihi dicendū quę
heri cū familiari quodā meo agebam cum cedula quę lectionem
nostrā indicabāt legisset: cepit impedio ridere: ego vero q̄ sic ca-
chinareſ stomachari quęsiuīq; quid habuisset. ipse tū compresso
paululum risu: ij omnes (inquit) qui has legunt cedula arbitra-
bunt te aliquid vel in phiā naturali vel in astrologia. p̄fiteri: cum
solam grāmaticam in eo libro interpreteris. ad hęc verba ego cepi
illū directius intueri ad vultūq; illi? gestire: & putas (inq;) vir bo-

Suiseth? ne naturalem totā phiām in suisethicis quisquilijs ī perditissimis
q̄busdā cauillationib; de intensiōe ac remissione q̄litatū: de motu
vniformi: de motu vniformiter difformi & difformiter difformi
& bñ. p̄fecto res vt tu difformiter difformis cōsistere nō eo ificias
rē eē a summis ingenijs proditā: sed indignā sane in qua plurimū

Plato. t̄pis cōsummat̄ cū ille aliam meliorem phiām esse assereret: sub-
didi meīpm̄ eo deceptū opinari q̄ quę in hoc opere complectunt̄
eloquentia filove oratorio sunt scripta. sed in hoc valde aberrare.
Quis em̄ platonē summa eloquet̄ia suā scripsisse phiām nescit:
cuius sermonē iuppiter ipse velle: si loq̄retur humanum. quis &

ristot. Aristotelēm præstantissimū oratorem fuisse ignorat: aureoq; ora-
cero. tionis flumine (vt inquit Cicero) omnia opa cōposuisse. cui non
Theo- didi meīpm̄ quasi deorū eloquet̄ia cui nō Xenophon attricę
phrastus musæ. quid de latinis? subtilissima in naturali phiā disputat Cice-
Xeno- ro in academicis quęstionib; īmensam phiām moralē in legibus
phon. in officijs/ in finibus honorū/ in tusculanis. quęstionibus tractat
Cicero. diuinā philosophiā. i. deorū religionē ues libri cōtinent. de natu-

In quartū Rhetoricorū ad Herennium. Prælectio.

ra deorū dicti. accedunt duo de diuinatione: & vnus de fato. de
 astrorum scientia Scipio minor differit in sexto de republica. omnia
 nia tāta eloq̄ntia vt vere Ciceroniana opera esse affirmes. hoc vltimū
 vltimū tātavi ofonis tāta maiestate dicendi vt æquari credas ora
 tionē cū astris ipsis de quib' loquit'. Quāta Boetius in omni disci
 plina scripsit: in quibus nulla barbaries: nullus est horror oratio
 nis cuncta sermone polito ac dulci. Taceo barbarum hieronymū
 Ambrosium & aureliū Augustinū qui diuinā phiam ingenti elo
 quentia ornare voluerunt. Sed vdeo prælectionem nostrā lōgius
 iusto protendi. quare quid philosophus dicat videamus.

Scipio
 minor.
 Boetius.
 Hieroni.
 Ambro
 sius.
 Augusti
 nus.

EIVSDEM IOANNIS LODOVICI VIVIS VALEN
 TINI IN Q VARTVM RHETORICORVM AD HE
 RENNIVM PRAELECTIO.



Eluas quas philosophi vocarunt irrationabiles
 concipere mente plerāq; vt homines nemo vnq;
 sani sensus dubitauit. ea vero alijs nota facere
 nullis verbis queunt: significare nōnullis signis
 in quibusdā n̄scq; per paucis difficulter quidem
 satis: videmus hinc apud gr̄ecos sunt α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π ρ σ τ υ φ χ ψ ω. id est non vocalia
 dicta. q̄ solis hominibus vtpote vt tentibus rōne datū sit loqui. c̄
 tera animantia sunt expta voce: magna profecto hominis præstā
 tia & p̄fectio: q̄ quicquid velit hominib' alijs expeditissime pōt
 vocib' patefacere. hoc certe vocamus loqui. hinc & theologi spi
 ritus illos angelos appellatos sibi inuicē loqui cōcedunt. cū vnus
 alteri qd sibi sit in aīo manifestat. Affect' igit' nostros & nos alijs
 cognitos reddere sermone nitimur & mouere illorum siles deside
 ramus. incompta ac horrida sane verborū congeries non mō qd'

Theolo
 gi.

In quartū Rhetoricorū ad Herennium.

proposuit nunq̄ efficiet: sed in contrarium audientes torquet. vir tñ hic noster quē volumus: qui apte ornateq̄ de singulis reb⁹ differet: tanq̄ in hortos per manus ducēs hominū mentes in omnes affectus inducet animorū quorūlibet ac voluntatū imperium habebit & sine repugnantia quaq̄ verbis illius ac orationi parentes. q̄ marcus cicero Romę senatum quouis vertebat dicendo: rex est a compluribus vocitatus quasi illius oratio omnia regeret im-
Cicero.
periose penes demosthenē ob eloquētiā atheniensium ac philippi sepius bellū atq̄ pax fuit. Nō optat magnus ille gręcorum ductator Agamēnon decem Achilles aut decē aiaces: sed nestores an-
Demo-
sthenes.
Nestor.
nosillimos decē qui tertiam hominū etatem viuebant. Ex cuius
Homer⁹
ore apud homerū dulciore melle fluebat oratio tāq̄ veri homines maximo p̄cio eloquentes viri semp sunt habiti apud romanos in summos viros q̄ plurimos euectos eloquētia sola fuisse traditum
Tit⁹ liui⁹
Hierony-
mus.
Esaias.
est memorię ad Titū liuium lactęo eloquētię fonte manantē (inq̄ Hieronymus) ab vltimis hispanię galliarūq̄ finibus quosdam venisse nobiles legimus. apud hebręas magnus est Esaię codex qui p̄pe qui mirā in se continet eloquētiā. grāde tuum eloquētia sacramentum quę plurimum semp voluisti: & vales. Quis em̄ tam rudis ac incultus qui compositi sermonis dulcedine nō capiat: qui viros eloquentes nō vereat: qui non vltro pareat orationi: cuius vis eadā p̄cipua est in hoīm affectibus sedatis / concitandis / cōcitatis sedēdis: aut comprimēdis. Complures imo fere omnes nosstre tēpestratis litteratores qui volunt oratores videri: verborum flosculos & tintinum orationis duntaxat affectāt: quos ego rhetoristas & oratorum similes solitus sum appellare qñ est sermo i oratore quē capiunt omēs purus atq̄ vulgaris ciuis roman⁹ nō ciuita

Prælectio.

tate donatus apud Quintilianū de hac ipsa re disputatē amicus illa Quintilianus.
 Theophrastū hospite appellauit q̄ nimis athice loqueret̄. eauero Theophrastus
 re noster orator q̄ maxime excellit qua dignoscit quo artificio in
 graui negotio: quo in medio: quo itidem in demisso ac infimo sit
 dicēdū: quibus etiā verbis & qua rōne animus erit in specie exci-
 tād^o deniciēd^o ob rororē ad irā v^l inuidiā cōcitād^o & id gen^o cetera.
 Quāobrē huiusce rei faciūde vt per tot librorū maria discurrentes
 nunq̄q; inueniētes vbi sit quiescēdū iā tādam in portum nos acci-
 piamus quo ad ei⁹ fieri poterit artē nos tradere aggrediemur opus
 arduū certe & intētatum prorsus cuius maximā viā immixte de-
 clamationes nobis apperient nō deerit voluntati nostre assiduus
 labor (vt spero) & multa (q̄d imprimis requiritur) bonorū autho-
 rū lectio. p̄ficiet inuētum nostrū optimi cuiuscūq; incepti perfe-
 ctior. Quē nūc iam in exordio nostro cuiuscq; sanctissimā virginē
 atq; parētē oro & obsecro ne nostrū hoc opus q̄d nunc incipimus Inuocat.
 negociū in cuiuscq; hoīs perniciē postea cōuerti sinant. siquidem
 eloquētia p̄fecerimus ad exornādā veritatem ad persuadenda
 bona dissuadēda scelestā ipsi faciant deditur. vos quoq; optimi
 viri plurimū deprecor si eloquētiæ quippiā fueritis consequuti:
 ne isto opt. Maxi. Dei dono abutanimi. honestam monete ac ed:
 bus vitūq; ferino homines de terrete. quo nūc supra q̄ dici potest
 indigemus. semper moderatrix omnium p̄festo sit sapiētia rex. qua
 ab eloquētia separata. vt ait Cicero. nunq; eloquētia profuit. Ne Cicero.
 vero orationis pigmentis exornationibus ve (quas nescio qui
 decrepiti nomīs significatione Rhetorū colores vocauerē) carea-
 mus: quæ multū augere dicta videntur. Quartum Rhetoricorū
 ad herēnium c̄leri lectiōe interpretabimur. quē vbi primū finie-

In suum xpi triumphum.

rimus eam quā in principio pfessi sumus præstātissimam omniū
iudicio affectuum artem trademus.

IO ANNIS LODOVICI VIVIS VALEN
TINI IN SVVM CHRISTI TRIVM
PHVM PRELECTIO QVE DICITVR
VERITAS FVCATA.



l quis viri forte nunc adsit vmbra tilis/inanis/&
mēdax miretur pfecto quid sit q̄ in pergula/in
gymnasio/vbi abhinc multos annos/annos cer
te etatis suę nō sit Xpianum nomē auditum oīa
lone/lumone/Mercurio/Venere & scelestissimis
id genus hoībus plena. Nihil plane. Verum oīa cōtecta mēdatio.
Nūc vero principes capita lumina nostre religiōis Xpm & Mariā
tam sedulo a nobis noiari. Cum audierit veritatem quādā fucatā
loquētē:& desinet mirari & subfusus forte rubore (si quid sensus
habet) nostrā hāc palestrā exhibit. Vidistis vos vnq̄ viri apud ve
strates fucatas mulieres. Hæ nāq̄ sunt deformes quedā feminæ in
primis. quæ cum volunt viris videri pulchriores: cum volunt
vniuersorum oculos in se cōuertere: cū volunt a singulis quibusq̄
expeti (id nāq̄ precipuum est qd̄ querūt) antimonio/minio/ceru
sa inunctę: reticulis mitrisq̄ capite redimite collo monilib⁹ & tor
quibus margaritis vnionibusq̄ insertis auribus in aurib⁹ brachijs
armillis digitis anulis manibus chyrotecis ornatis: ad ludos: ad tē
pla: ad cōciones: ad nuptias vadūt: sic sese in eminentissimis locis
trāsēntibus ostētāt. si quis forte vadēs illac intētus alio eas non vi

Prælectio.

det tūc ad vicinā altius loquunt: vt ille cōuersus se cernat. flabellū
 in manibus assiduo gestāt: ne nimio estu minyū Cerusaq; liq̄fiat
 Siquidē cōcreta illa detinent frigidō vēto. ad speculum sese q̄; fre
 quētissime cōferūt: ibidēq; cōtēplātur vt si quid vel minimū nas
 tiue cutis perspiciatur fucēt q̄ primū. At nocte aqua gelida fucum
 delētes totā faciē sapūculo nescio quo (sic em̄ vnguētū illud ipsæ
 appellāt) illiniūt quo sit postridie ad fucum suscipiendum aptior
 intēpesta deniq; nocte cum cubitum eēt cum viris: ob corruptum
 sapūculi fœtorē a viris e cubili disturbātur & reijciūtur. Hi vero
 molestissimā agunt noctē. in qua opus esset quiescerēt. q; sensum
 fœtore grauatū habeāt. & intellectum cōmertijs ac maledictis &
 suis & vxorijis. Hæc est. descriptio atq; ymago mulieris fucatae ad
 cuius similitudinē cacodēmones quidā (nam hoies vix auisim eos
 appellare) nobilissimā veritatē fucarūt. Fuit em̄ cū deus mūdum
 & hāc vniuersi faciē adiūgens a fine vsq; ad finē fortiter suauiter
 disposeret: quædā formosissima puella: quā dei sapiētiam / quam
 dei veritatem: quam dei verbum appellabant. Erat hæc & adhuc
 est regio / sereno / seuro / affabili quodam vultu in quo scripserat
 calamus ille. Scribe velociter scribentis. candor est lucis æternę &
 speculum sine macula dei maieftatis. oculos habebat viuacissimo
 acutissimo obtuitu omnia circunspiciens / omnia circunlustrans /
 spiritus quem naribus efflabat: & anhelitus oris: vapor est virtu
 tis dei & emanatio quędam claritatis omnipotentis. Brachia illi
 erant robusta longeq; fortissima quæ regem viuū ac mulierem
 vincebāt. In illis legebat. Hæc brachia dei viuētis robusta / fortissi
 ma oīa aggrediētia / oīa vincētia. atterētia oē fallum. Manusq; cā
 didissimę sine maculis: sine rugis teretes digitū: ad pyramidē cono

In suum xpi triumphum.

Moses. tenus declinātes. Hæ sunt manus quæ coelum terræq; crearūt quæ
sole mirabiliū mirabilissima faciūt. Hi digiti in quo Moses mira-
cula coram pharaone agebat. Hi digiri quos egyptij magi horres-
bāt. Hi sunt iudices viarum regiarum. hi deducūt iustos per vias
rectas. est & illi lingua qua loquēte omnia tacēt. cuius sunt verba
æternæ vitæ. qua nihil eloquētius/nihil dulcius/nihil suauius/illa
lingua est calamus scribe velociter scribētis. Vox eius est quæ vni-
cuiq; quid agendum sit docet. qua insonante mouēt terra: cœli &
semēta voci respōdēt. & vere immanissimæ bestiæ semp cōsistūt
pedes eius tempus vocarūt q̄ haud requisita tempore ad nos ve-
niat Ciceronianus erat locus in illis scriptus. Opinionū cōmenta
delet dies terga illius præsentiora. sed nihil ad faciem & pectora
ipsius. Hæc ab ore altissimi ferūt prodijisse primogenitā ante oēm
creaturam. Scitis iam aduersa agentia quæ ab se producūt atq; effi-
ciunt cōtraria aduersaq; esse. Demon itaq; deo deiq; amicis publi-
cus hostis etiā improbissimā quandā filiā veritati oppositam ge-
nuit. hæc alij simulationē/alij dissimulationē/alij fraudē/alij pra-
uam cautelā/alij dolum malum/alij (& verius) mendaciū vocabāt.
Ea nō erat foemina nō vir non nostri generis: sed horrendū quod-
dam monstrū sine pedibus/sine capite/inane corpus & nihil ha-
bens solidi. vmbilico tenus crus vnicū obfritū habebat: quo tar-
dius callipide mouebat. sed calore veritatis luceq; aduentante liq̄
fiebat e uestigio: ac euanescebat. Simulachrū nephandissimi parē-
tis supra pectus gestabat exaratū in leo. hic mēdax est & pater me-
us in pectore legebat epitethon monstri. gentiū & orbis terræ pestis
acerba. At vero q̄ plurimi sanguine cacodemonum nativano illo
corpore permultū delectari capitis capillis cum veritatē viderent ri-

Prælectio.

gebant. cūq; esset ab eorū factore imperatū vti veritatē omnes co-
lerēt / veritatē omnes diligere / veritatē omnes intuerent : ne cā
didissimā illā faciē sine medijs pspicerent: quo forsitan illius splē
dore molles ac obtusi oculi eorū caligarēt liquefacti illam con-
guineo mēdacio fucare decreuerūt: ipsamq; sic non ornatā sed de-
formatā: atq; egedem reclamantē: aliqu antulū receperūt. Hanc sic
fucatā veritatē ad hunc modū loquentē ac conq̄rentem audite.

De reb⁹ magnis loquutura sum: & aperient labia mea vt recta p̄-
dicent. Veritatē meditabit guttur meū: & labia mea detestabunt
impiū. Iusti sunt omēs sermōnes mei: nō est in eis prauū quid neq;
peruersum. Ego ab æterno ordinata sum: & ex antiqs anteq; terra
fieret. Nondum erāt abyssi & ego iam cōcepta erā. Necdū fontes Salomō.
aquanū eruperant: necdū mōtes graui mole cōstitierant. Ante om-
nes colles ego parturiebar. Adhuc terrā non fecerat & flumina &
cardines orbis terrę. Quando preparabat cœlos adērā: quādo cer-
ta lege & gyro vallabat abyssos. Quādo æthera firmabat sursum
& librabat fontes aquarū. Quādo circūdabat mari terminum il-
lius: & legē ponebat aquis ne trāsirēt fines suos. Quādo appende-
bat fundamēta terræ cum eo eram cuncta cōponēs. Et dectabar p
singulos dies ludens corā eo omni tempore. Me genuit altissimus
vnā omniū formosissimā amictā sole & luna sub pedibus meis
soli nāq; comparata inuēta sum prior. Mecum sunt diuitiæ & glo-
ria: opes supernæ & iusticia. Si em̄ diuitiæ appetūt in vita quid
me locupletius quę operer cūcta. Iudicata iridē sum in Esdra meo
rerum omniū fortissima. cuius brachium inferos spiritus potētissi-
mos mēdacissimosq; cōtriuuit. Sciētiam ac doctrinam quis me ha-
bet copiosius q̄ doctrix sum disciplinæ dei & electrix operū illi⁹.

In suum xpi triumphum.

Aristot. Ad hæc oēs sciētiae me tanq̄ signum sibi pponunt me solā intue-
tur & querunt. Hinc & Aristoteles quē ego docui & optimi quicq̄
alii viri veram rerum noticiam ac euidentem sciētiam appellarūt.
Est em̄ in me (vt cōpēdiario sermone laudes meas quoquomodo
tempus patietur complectar) spiritus intelligentiæ/sanctus vni-
cus/multiplex/subtilis/disertus/mobilis/incoinquinat⁹/certus/
suauis/amans bonum/acutus/qui nihil vetat benefacere/huma-
nus/benignus/stabilis/certus/securus/omnem habēs virtutem/
omnia prospiciens:& qui capiat omnes spiritus intelligibiles:mū-
dus:subtilis. Cum primum igitur animal quoddam pater meus
inter cetera præstātissimum creasset quē hominē rationalēq̄ nun-
cupauit. In eo vt sui nostrūq̄ effingeret similitudinem memoriā
intellectum voluntatēq̄ creauit. Intellectus circa quā versetur ma-
teriam me esse voluit. Hinc Aristoteles meus intellect⁹ obiectum
me esse sp̄ius affirmauit. & sciētias omnes pariter atq̄ fidē penes
me sitas esse demonstrauit. Hinc cum sit velle patris velle meum ac
p̄cedam ob rem foeliciter fausteq; gestam solent eo loco in sculptā
secum deferre: qui omnibus occurrentibus pateat: quo notior eorū
industria fiat. inde & tropæa viris fortibus data: & vincum
Iugurtham Lucius Scylla in anulo deferebat. Dei para nostra cas
tissima cum prima de Venere esset triumphatura quo celebrior
inauditi ac plusq; Heroici belli ad posteros fama dimanaret: ve
neria insignia capiti superposuit: vt intuentes cæsam Cytherei
dem & signis noscerent spoliatam. Hic est ramus ille: qui nullo
anni tempore flaccescit. Virorem illum spei fideiq; vel in maxi
mis algoribus non amittit. cum in discipulis omnibus sicca fris
geret fides: in virgine nullam effecit variationem. Non eras in eo
albo imperatrix in quo discipulos omneis filius tuus Iesus se ne
gatuos scribebat. In huiusce myrti oleo inesse quidam vini sa
poris testatur Plynius. Dulcissimæ virginis contemplationes

Virginis dei parentis Oratio.

Plynius.

atq; refectiones quantum virtus est non secus quam olei contra frigus extinctarum virtutum munire: sanguinem Christi non nihil sapientissimilima namque sunt omnino. addeque virge Myrtorum gustate via tori profunt (apud eundem Plynium) longo itinere pediti. Quis nobis verior viator / qui extra patriam omnem positi irrequieto patriam petimus motu. Quis itidem nobis verior pedes quibus omnia super nos ipsos portanda sunt: quibus pedibus id est bonis operibus & immaculata conscientia rectum iter agendum est. Nobis igitur vere gustata virga hoc est amatore primo virtutis & venerę titillationis interitu proderit. Nam nec huic malo alia est adhibenda medicina quam ipsa myrtea virga De radice Iesse: quę inguinum tumori medetur. Obi iam itaque oranti duo illi consules prodire: charissimus etiam filius pretor designatus. futurus iudex vivorum & mortuorum. qui omnes post sacratissimos complexus & oscula tenerimę adolescentule virtutem mirati eam paulo se inferiore sedere iusserunt. Trāseo populi plebisque celestis immensam leticiam & cętus: salutationes & omnium sine liuore congratulationes. tunc ad eam omnium pater lassus est hęc. Euge fortissima imperatrix quam ne minem rebus gestis in meo futurorum speculo video superare. Qua nemo difficilius iter aggressus. Nullus mortalis ita strenue iter quodque exegit. Quisquis ideo piam gestorum tuorum memorię recoluerit. Age fare te media que iusfra petierit assequetur. At ipsa sub hęc verba cum staret: perorato iam: sedem (cui nulla equa) sortita est. supra illam namque solum dei tribunal sub ipsa cętera cuncta persistunt soluta vero concione a ministris strata incredibili gloria cathedra sedit: eternumque sedebit.

Virginis dei parentis Ouatio.



Aec habui de virginis Ouatione: quę dixerā fa-
 cturus finē: nisi viderētur mihi nūc vobis expo- Daniel
 nēda quę valētīę in nono gymnasio Daniel Siso Siso.
 narrabat. locus est in primo scholarū aditu: qui
 facile pluuia & frequenti puluere fit cęnosus: eū
 cū paululū superaueris: altas offendes schalas. quas ascēdēs ornata
 cubicula vīses: aulasq; in quibus docei: paratissimū quippe opti-
 mis institutorib? (vti spero) vēturis locū. Atriū est sepe sub obscu-
 rum. at porticus nō inamcenę lapis ingēs ad quē interpoleę pleriq;
 si quid noui habēt cōfluūt. In illo cū sese Daniel reclinasset: ad eū

Virginis dei parentis Ouatio.

Michael Arignus & Parthenius Touar poeta accesserunt. venerat enim paulo antea e Sagunto: ego qui tum eram admodum adolefcens Parthenium affectabar. Scis tu Christofore & tu Viues: quae sit vir ingenuus grauis & facundus poeta: is cum multa de Polluce & Castore oia singulari quadam plane Romana eloquentia disseruisset: id in primis vti essent plerumque bellis Romanorum & grecorum visum interfuisse. citabatque Titum Liuium Trogum & Plutarchum verissimos hystoricos. vt fidem nondum credentibus faceret. demonum (inquit Daniel) praestigiae ille erat. nec credendum sane cupia Castorem & Pollucem apud inferos sibi non sufficientes: sese cruciantes: generis humani & suum quidem interitum exoptantes suppetias aut grecis aut Romanis venisse. Atqui ego verius nostrum Castorem nostrumque pollucem Christum nostrum atque parentem in hoc perenni bello nobis vel maxima subsidia praestare: ne ruamus censeo. Quis enim nisi darent ipsi manus ante Sathanam valeret subsistere. Ille duae sunt oliuae & duo candelabra

Ioannes apostolus.

(que Ioanes apostolus vidit) in conspectu domini terrae stantes. Due profecto oliuae cuius oleum stomachum conscientiae male digerentis mollitur soluitque ventrem: & emittuntur feces. Hinc clariores cum exterioribus res tum interiores oculos reddit. male febris mundi huius quam plurimum prodest. Infirmatur quis in vobis (consulit Iacobus) inducat praesbyteros ecclesiae: & orent super eum vngentes eum oleo in nomine domini. Haec duo candelabra inextinguibili luce noctu & interdiu semitas: immo Regias vias veritatis: quo ab vno quoque perspiciantur illuminant. Radius quidam est illius perennis

Iacobus apst.

Libri machabeo.
Hieroni.

splendoris ea: quam Synteresim vocamus. Legite praecor. cum Artillij vita Iudaei viri fortissimi gesta duobus libris inter sacra narrata. Ibi pugnaturus cum dei hostibus Iuda Machabeo confitens

Virginis dei parentis Ouatō.

tēm & se percutientem intelligo (vtar enim Hieronymi interpretatione) Hieremias & Onias per quietem apparuerunt Filius certe altissimi & mater illius quorum alter Onias videlicet id est moerens domino vir bonus/benignus/verecundus/vifū/modestus r moribus/eloquio decorus/qui a puero virtutibus est exercitatus tale est honestæ virginis ingenium. Si quam vidistis. Nāq; sunt inuētū perq; rare: duplices ad deum tendit palmas (expectabas vt ad sydera dicerem. Atqui est supra sydera cuncta) & pro populo sancto semper orat. Hęc filium complexa sacratissimos susceptos labores: profuturos nobis per immensam maiestatem obtestatur: & obsecrat. Nec credatis accepisse vnq; parētem a filio repulsam. At vero sublimitas domini Hieremias splendor glorię & figura substantiæ eius. Per quem fecit & sc̄cula. Per quem & in quo est deo patri vniuersorum sublimitas honor: & gloria. Iudæ aureum gladium qui fortissimo cuiq; resistit tradit dicens. accipe sanctum gladium munus a deo in quo deñcies aduersarios populi mei israel. Gladius hic spiritus (quod est verbum dei) viuus & efficax penetrabilior omni Rhōphea bicipiti & pertingens. vsq; ad diuisionem animæ ac spiritus compaginis quoq; ac medullarum: & discretor cogitationum & voluntatum. omnia aggreditur. Nihil exterorum timet: omnia sperat omnia vincit. Hinc quęcunq; nobis erunt agenda in verbo domini perfici præcipitur Cæcodēmos Vergili⁹ nes (Pia mēs hęc ni faciat) maria ac terras cœlumq; profundum. Quippe ferant rapidi secum vertantq; per auras. Versus si calūniaris Partheni delitescam in authoritate. Vt pote qui sunt enæas dis vergilianæ. Hęc vir bonus ille & grauis theologus piētissimō quodam gestu ac vultu proferebat.

Virginis dei parentis Ouatio.



Am inquit Gaspar Iax (vt est vrbanus) tuas fabellas
Viues audiam: erūt ex vergilio: An ex Ouidio: An
forte ex Valerio flacco: Nam græcorum hystorias
(vbi vix est delectus) taceo. quin potius (inquā) ex Apuleio affe-
ctatissimis & cādicis verbis depictas quas si narrare incepero cog-
noscetis homini illi bonam materiā quā scriberet defuisse. Verū
haud scio quę sit xp̄iano viro disputatio dignior ea: qua de salua-
tore de Dño de deo nostro Christo Iesu: deq; suauissima virgine &
matre quorum memoria renouat triūphos nostros agim⁹. tractet
obscenas res & quas sola verecundia debuit obliterasse quilibet:
intendat carminis & eloquētię neruos. Dum cęlestissimos quosq;
ceterum opulētos laudat & luctatur cum laruis. Tempus em̄ quo
averitate aures auertēt: & ad fabulas cōuertētur quis appetere ne-
quaq; prospicit. Qui nocet ideoq; noceat adhuc & qui in sordib⁹
est sordescat adhuc. At nostrę tempestatis principes vtinam eos
p̄ceptores admitterēt: qui Christi & dei datę triūphos imitādos
cuiq; fore monerēt. Queris triūphum in patriam qualem Cęsar
qualem Scipio: qualem Pompeius: qualem Paulus Aemilius de-
perfa qui celebratissimus fuit reportare. q̄ p̄clara: q̄ digna viro
forti q̄ p̄stantium fuerint imperatorū desine de ciuibus tuis de
corpūculis de cōpagine elemētorum velle triūphare Xpi regis re-
gum summi imperatoris triūphos & honores studeas emulari.
Hos tibi velut albū sagittariorū in omnibus negocijs p̄stituat:
in quo si spiculū fixeris indelebile gloriam sine tergiversatione
nanciscere: & vt compēdio Socratico more concludam: sic arctius
perstringam. Longe clarior est triūphus. Frequentior de virtute
sermo: cū pugnacissimum hostem & munitū armis quis deuicit:

Paulus
apostol⁹.

Ioannes
apostol⁹.

Virginis dei parentis Oratio.

q̄ cum inermē quēdam & effœminatū. Vt de triūphato Romano
vel Partho milite maior gloria q̄ de Asianis & Persis voluptuo-
sis effœminatis seruire solitis: aut thuriferis mollibusq̄ Sabæis. q̄
vero affect⁹ & renascēteis curas qui mundi fallacissimū florē: qui
demonicas artes & calliditates cui quē cōparetur potestas non est
super terrā subigit: lōge validiorem hostē eo cedit cui ratio est eū
terra quē nuncq̄ imperiū recusat vtar verbo Catonis. cum hoīum Cicero.
corporib⁹ quē morsus muscularū necāt. Gloriosior ergo triūphus: Caro.
honor: pōpa ex illis q̄ istis subactis. Adde (q̄ oīum maximū est)
Nam hīc triūphus tres durat ad summū dies momentanēi plane
quoddā & si quid est minus. Cæterū ille in perpetuas æternitates.
Hęc & similia si vos principibus recitare veremini Palpones. Nō
veremini dolos & tam animorū q̄ corporum corruptelas. Sinite
saltem vbi rebus venereis & perditis essent occupādī. Hęc legant
hęc a vobis exposita intelligāt. Bonos autē p̄ceptores (cum insti-
gatricem habeāt cōsciētiā: & dei zelum) submonuisse nō oportet.
Quippe qui hīs magno diuini amoris seruore procerū aures fere
obtūdunt & hęc instanter exhibent legenda.

Oblatio operis Christo & Marię.



E igitur christe noster Optime Maxime. Te virgo vir-
ginum & mater matrū in primis p̄cor. vt opus hoc
laudum vestrarum quod pia mente offerimus hylari
frōte recipiatis. Lulimus id quidē pauculis & subcisiuis quibusdā
temporibus: in quo vel bonis horis esse debebamus occupati: satis
tamē mihi dedisse videbimini: si semper nos ad huiusmodi exco-
gitāda / mussitāda / scribēda / sciueritis: quorum oīum mercede nil
aliud vos cœlorū numina (quæ mūdi cōpages quatit cū vultis)

Christi clypei descriptio:

poscimus: nisi quæ hic per speculum in ænigmate videremus cernamus his oculis facie ad faciē perpetuo: cognoscam? sicuti cognitus & his manibus quod a modo attrectemus. Amen.

Marianæ Ovationis Finis.

CHRISTI CLYPEI DESCRIPTIO.



Lauferam iam Ovationis Marianæ sermonē: de creueratq; nihil hoc tempore nec illi nec ipsi Xp̄iano triumpho adijcere. Sed cū sederet in aīo magna depictionis Scuti Iesu optatio: viderā em̄ in Vergilio atq; Homero quidam simile: constitui (vbi

Vergilius
Homerus

nullus erat dēre ipsa loquutus) Xp̄ianū Scutū: vt suppetet Paraderis describere. Introēnti primū imperatori n̄ro militiā Clypeus quidā simplici cōfectus corio datus est: in eius parte posteriore oīs prisorum patrū progenies: quibus oīa in figuris cōtingebāt. illic gesta virorum fortium. illic prophetarū & sanctorū hoīum facta & dicta: illic coeli terrarūq; semina & origo: maximus vni dñi spiritus chaos illud primū perambulās attingēsq; a fine vsq; ad finē fortiter suaviterq; oīa disponebat: homo deinde ad similitudinē dei erectus: cui data est religionis cognitio: cui os sublime coelūq; cœli: cui soli data mens & ratio. cū cætera animalia huiusmodi sint expertia. Tum viro socia foemina ex eodē genere data: ne solus vīneret sancti quoq; cōcubitus & dulces: post quos spiritu virum intellexisse Ecclesiæ maritū fore Christū Iesum. Cōspicit tum hoīm angelorūq; princeps delictū exutosq; cādidiſsimis vestibus vnde tanq; e quodā fonte perenni alia cūcta scelera dimanabant. Huic malo proximos cōcubitus nephādiſsimos & veritos quibus

Christi clypei descriptio.

hominū pecudum pīctarū/volucrū/ferarū genus oē demptis pau
 cissimis vniuersis inundatio deleret:ignorātiā postea religiōis &
 optimi dei qđ idiomatū varietas sequebat . Tū fidelē aspicebā
 Abraam ex cuius seminae corium clypei factum erat decimas
 pientissim a quadā mēte melchisedech offerēti.hinc desideratum
 Isaacum gaudēte domo nascētem & oblatam oīm patri hostiam:
 nec hēsitātem futurū caput multarū gētium aliquid vtilius mētē
 diuinā molliri.cōstātīq; animo ac firmo semen in quo saluas fieri
 multas gētes promissum erat cōsumere properātem: filium iuxta
 videt adolescētulū ētate donatū iam senum sapiētia: parētem ne
 quoq; modo sacrificiū detrectet hortā tē esse nāq; sensum dñi ho
 minibus incognoscibilē:& vias illius imperscrutabiles.his vti di
 ctis cruciat filius patrē prēter opinionē: quippe cū videat sapien
 tissimam prolem a se auferri. Tum Iacobi electiōnē & Esau repro
 bationē.His associatos viros duodecim electa capita multarū gē
 tium Charissimēq; Rachelis filiū egyptijs negociatoribus vendi
 tum illicq; clarissimo loco honestatū:eius cognitionē a fratribus
 tritētīcū perētibus habitā descēsum quoq; Iacobi cū filijs & vxori
 bus ppter filiū in egyptū: illic senex in lētissimo cōgressu q; pluri
 mum lachrymat vtpote qui ad inferos . cū luctu & mcerore canes
 suos descēsuos cū arbitraret:ingēti & quietē & lētia ituros au
 guratur:paulopost educatus in regia Moses ab eo qui est dux eligi
 tur populi sui quo per mare rubrū sicco pede trāsuecto currus cum
 exercitu Pharaonis turbine obruit aquarū. hinc Iosues Mofi sub
 cesio visebat. Tum fata fortunēq; virū moresq; manusq; illic ele
 ctus Dauidus scđm cor dñi. Illic & signata Hierosolyma ciuitas
 magni regis vbi regnaret promissumq; vti Hierusalē Dauidi do

Christi clypei descriptio.

mus cūstis: dominabitur annis: & nati natorū & qui nascentur ab illis. Tum fortissimos cōspicit reges ac populos: & simul heroum laudes & facta parētis iam legere & quę sit voluit cognoscere virtus. Deniq; romanorū amicos fortissimos. Machabęos ne vetitos ēderēt cibos crudelissime cōcisos. Hęc oīa iam olim eo facta fuerūt vt in corio illo describerētur & complerētur. At priorē Clypei partem vertit ea nāq; erat quę istibus & toto cōstitui erat obijciē dat hic genus antiquum Christi pulcherrima proles Magnanimi heroes nati meliorib; annis: hic illi a vetustissima ęternitate p̄sciti hic oēs niueas induti vestes nōnulli purpurifatas. Hic Petrus qui caput aliorū electus fuit pro fide instāter clamabat nihil arduum nihil difficile quod esset pro xp̄o suscipiendum iudicās. inde grauiissimus Paulus assiduo cum gentibus pugnabat. Hinc Petrum Paulūq; de vetitis cibis certantes cōspicit. tum hostem ecclesię Herodē Iacobū Zehedeū quo plenius viueret necātem. Tum Romanum dictatorē Senatū populū. Plebē Romanū orbis terrę dormitores arma contra imbelles discipulos cientes: nec p̄ualentes. Hinc duorū luminariorum corpora extincta. Postea ad extremos garamantas & indos ad vltimā Tylum peregrinatiōes. Postea vti Diocetianus Christianum nomē volēs delere eo quo & Christus passus est die oīa quę sub Romana dirione erāt templa destrui fecit & interfici xp̄ianos pene innumeros. Hinc a bellis exterorū atq; extrinsecis ad intrinsecas oppugnatiōes sese cōuertit quę multo validius illis postes ecclīę cōfregērūt. hic Arriū attollētem se in Alexādrīę imp̄sulē Alexādrum intuetur: & dei filium patre minore creatūq; ac incepisse qñq; esse per cōpita/per vias/per templa/per scholas/per ganeas/p tabernas/p phano vulgo suadētē.

Christi clypei descriptio.

Tum & Nycenā coronā præclarissimā: & gratum cōcesum videt
 vbi dialecticos eximios philosophos viros omni sapiētia mundi
 præditos indoctissimi quiq; ceterū sancti & diuini hoīes deſcunt
 hic magnus Athanasius manifestius quid credēdū sit reddit Chri
 sticolis: hic Eusebius & Theognius facilitatē exorabilitatēq; san
 ctissime cōcionis experti habita de pœnitētia mētionē ī gremium
 matris recepi sunt. Postea Nestorius ac si ab hoīe hoīem se iūge
 re vellet: aut ab equo equum sic a xp̄o deū auferebat. Heu q̄ flebat
 acriter hæc singula reputās. quātum impēdere videbat exciditū suę
 gēti. quā multos a mēsa sua charissimos tūc filios auelli: subijciq;
 crudelissimi Tyranni iugo fieri deniq; perperuos sibi inimicos q̄
 sese ad patris genua assiduus deuoluebat: ne nauicula hæc quę ia
 stabatur fluctib' submergeretur. Ego (inquit) Rogauī p te Petre
 vt nō deficiat fides tua sed hoc leue aliquātulū erat q̄ illud graue
 vulnus Mahumeticū & acerba pestis humano generi. Verum ad
 lætiora oculos vertit: hic mūdi dñam Romam sui vicarij pedibus
 subditā q̄ placidissime aspicit: hic adorātem alūnam terrā Italiā
 hic se fortissimā Hispaniā: hic se nobile & amcenā Galliā: hic se
 robustam Germaniam. Hic gētes alias ad veri dei cognitionē du
 cere has nitētes & proficientes. Hic infidum & pertinacē iudgum
 supplicē baptisma petere videt: hic librū quo sacra legūtur quę ad
 leuam sunt & ad dextrā collegisse. hic fieri ouile vnum & vnum
 pastorē: hic vēturum se in immēsa maiestate viuētes & mortuos
 vniuersos iudicaturū: vbi & erūt cōsciētiarum oīum libri aperti:
 & notum singulis fiet q̄ quisq; vel bene vixerit vel male. ipse sup
 Cherubinū sedens senatoribus terræ comitatus cū bonis bene agi
 cū malis vero male iubebit. Tum deniq; felices electos in æterna

Ioānis Lodouici viuis

Beatitudine dei visione cui omnia insunt fruentes. vbi cum dicitur
tūc nunc terminū accepturum: illic nihil molestiæ nihil inuidiæ
nihil tedi aut iræ: nihil aut belli: aut laboris: omnia huiuscemodi
vita cōtēta sunt omnia in quiete: omnia ī pace: omnia in perfecto
gaudio: atq; lēticia seculum agunt sempiternum.

Ioannis Lodouici viuis Valentini viri philosophi vrba
nus pariter ac grauis dyalogus qui sapiens inscribitur: in
quo sapientē per omnes disciplinas disquirēs professor
earum mores notat: deniq; veram sapientiam breui ser-
mone depingit.

NICOLAUS BERALDVS. GASPAR LAX. VIVES:



V diui sepius Lodouicum viuem Hispanum de
viro sapiēte (vt est rei philosophicę & summus
quidem admirator) grauit̄ multa differentem
adh̄ceret̄ malle se vel medio quodāmodo fieri
sapiētem q̄ mortalium oium longe ditissimū.
Foelix homo mea sententia si persistit in eo appetitu & dignus qui
tūc φος. tūc π λουσιος fiat. Sed eccl̄ huc ad nos veniētem illū
ego it̄ interrogabo inuenerit ne sapiēte Lodouice mi salue. Viues.
Et tu Beralde sis saluus. Be. accepi te sapiētem inuenisse eūdē cōsu-
matissimum. Vi. q̄ vel tu mecū vis tātisper iocari vel tibi si quis
dixit mihi illudere nō secus ac si gelidos ignes aut beluas veras in
hoies asseruisset. Rari sunt mi Beralde rari vel nulli qđ magis cre-
do. Be. Atqui facile fuit in tāto bonarū litterarū gymnasio cōplu-
res inuenire si quæsiesses nā & sunt cyclicis disciplinis absoluti in
quibus sophiæ thesaurus est abstrusus. Vi. Si tu eum mihi digito
indicares qui cyclopediā absoluisset nō distiterer inuēturū me vi-

Sapientis inquisitio.

rum qualē semp optauī. Beral. Vis quādo sumus ferari p̄ hęc ipsa
 gymnasia disquirētes tuum hominē vestigemus: & tertius nobis
 Gaspar lax aderit quē ausim (nisi vereor ne me amore moueri dis-
 cas) ad hęc sapiētīā accedere plurimū affirmare: quis em̄ eo (vt cę-
 tera taceā) equius fert casus humanos quē video eodē vultu in p̄-
 speris & aduersis rebus perstare: verū aduētāre salutemus. Be. Vi.
 Salue noster Gaspar. Gas. Ert vos auete qd tractatis & quo rēditis?
 Beral. Scis quāt opere hic Viues desideret sapiētē quē se habiturū
 arbitrat̄ si vir extet qui disciplinar̄ circulū q̄ optime calleat: eum
 nos inuestigaturi vadimus: remq; nobis gratissimā spero feceris si
 te nostrī ducē exhibueris: vt pote vir quouis honore dignus. Lax.
 Vos minime ducā sed comitabor quare verbis relictis eamus pla-
 cet plurimū hęc Grāmaticū interrogemus: nam nō absre docti vi-
 ri pleriq; noīe hoc cōfēti vixere. Vi. Ne a nobis quicq; hinc q̄ras
 quin potius quēlibet examinato. Lax. Saluus sis vir bone grauis
 & oīscie: & dign⁹ q̄ a ceteris oibus colare. Grā. χεπέω αὐτοπρονό.
 Vi. Quid mi Beralde dixit: nā & magnis titulis & inuidiosis est
 eum noster Gaspar aggressus: nouit em̄ hoīm ingeniū facile captū
 rium p̄fationes sublimes. Beral. Atqui ille aue homo respondit.
 Vi. Vide qua stoica seueritate. Gas. de reb⁹ tuis litterarijs inq; pau-
 lulum coram nobis p̄cāmur agas nobilis magister si vacat & si-
 vis. Gram. Vacat certe cęterum petitis rem arduam quam etiam
 non recusabo p̄ me amitti natura & facili nō em̄ sum vt vos phi-
 losophi inexorabiles. Dic puer in quo anni mēse Vergili⁹ mortu⁹
 est. Puer. In Septēbri mi magister. Grā. Vbi terrarū. Pu. Brūdusij.
 Gramma. Quo to septembris die. Puer. Nono Kalendis. Grāma.
 Tu menugator coram his bonis viris dedecorum reddis: feru⁹

Ioānis Lodouici viuis.

Iam tu mihi affer tunicā sustine extēde palmam pessime tu nono
Kalendis pro decimo & corā me dicis. Responde tu mihi sequēs:
audite obsecro viri scitulum adolescentulū. Salustius in principio
Catilinæ cōiurationis omneis hoīes. an oēs hoīes scripto reliquit.

Puer. Sunt in hac sententia cūcti vt omneis dixerit: ego vero oēs
forte scripsisse censeo at omneis cōtra morem calcographorū per
ei nō i solum exarā dum esse. Gram. Quis vocabat Remi frater &
q̄ erat barbatus. Puer. Alij dicūt mi magister eū vocatū Romulū:
alij Romū inde Roma: sed blādīmēti gratia Romulū diminutiue
postea appellatum: in bello vero barbam nullam habebat. in toga
prolixā habebat: sic em pingitur in Titis liuijs Venetijs impressis.
Gram. Quomodo surrexit Alexāder cum primū in terrā Asiam
cecidit. Puer. Manibus innixus & elato capite. Gas. Quid hoc lit
teratore stulti? hic viues sapiētia ne expecta dispereas nebulo qui
sic tenellos dedoceas. Verum hūc Poetam videamus: fuit nāq; vt

Horati⁹. tradunt Horatius & Strabo poësis prima olim sapientia. Poeta.
Strabo. Venus & Mars & Diomede bello troiano grauiter faucj suere: ad
iuuāte Pallade qui postea in adulterio a Claudio vulcano compre
hēsi colligati suere. Venus cū Proserpina ad Iouis iudiciū veneret:
vtri adonis cōcederetur: quibus data iudex Caliope dimidiatum
annū censuit: frui illo Venerē dimidiatū Proserpinā. Lycaon cum
Iouis potentiam vult experiri in lupū cōuertitur. Archade postea
inter stellas translato & vocato An̄tophilace. Hæc est Poetarum
Ennius. sacra theologia: ob quam recte nos Ennius sanctos apud Cicero
Cicero. nem appellauit. Gaspar. Quid hoc poeta vanius & videtis q̄ se
dulo palpebras agitet animi mobilitate credo laborat vocem? eū
poetum nō poetam atq; vtinam hæc fabularum studia minuerē

Sapientis inquisitio.

tur ne tam valida pestis tatum vt videtis serperet vbi nihil inuenies veri oia pphana humana diuinis comixta. Qm ad id ob qd poesis hominibus data est eam couertimus ad deum scilicet deiq opera efferenda ad illa quo plus homines alliciantur q dulcissime canenda. quom hoiem que queris inuenies: valeat igit hic demonis consanguineus qui loqui nescit ni mentiat: nostros iam dialecticos audiamus. na q vera discernat a falsis in eis hoiem sophon susceptor inuenies. Dialectici sint asini duo: hoies duo: & angeli tres. ex vni asini medietate cum alterius asini medietate tertius asinus fiat. duo angeli cum hoie vno binarium vnum illorum asinorum possideant vt pote primum cum tertio copulatum & copulatiue alteri angeli duo cum altero hoie secundum binarium asinorum tunc tibi copulatiua probabo possibile & impossibile de forma & de forma acceptiois terminorum. Gas. Hui quis nisi mathematicus vel caldeus ea sciuisset vt sunt coaceruare: que ego mihi logica videor scripsisse hi tractant diuinationem. O stolidi capita & eo magis q cum eam rem tanq futilem prorsus oes verbis aspernetur oes ea complectuntur. Vidi eo tpe meo differentes fere cunctos de vera dialectica enunciationibus ppe breuibus vtetes & quibus facile responderet (ni esset impese doctus) capiebant. nunc bona logicam obliterata haudq intelligibiles enunciationes in exercitamentis volitare arte diuinandi: queri. idcirco illius cui laus reatos in artes magistros appello: huius vero magistros inertes. At conferamus nos si lubet ad phisicos. Saluete rerum nature indagatores sciscitatos velim vos si minus disciplicet quonam modo & aduipiscatur & augeat sapientia. Phisicus. Est qui sapientiam acquiri dicat per additameta graduu ad gradus precedentibus subsistentibus semper: est qui dicat in quouis puncto acquisitionis noua generari

Ioānis Lodouici viuis

destrui priores oēs: est qui dicat p̄ minorē cū cōtrario admixtionē
 est qui per maiorē radicationē in subiecto. Vi. Gaudeo summopere
 re & credo inuenimus tum oīsciū hoīem tum sapiētē: verū hęc do
 ctissime philosophæ exēplis obsecro expone. Phi. Cum de calore
 vel albedine declarauero breui de sapiētia intelliges: accipiamus
 igitur pedalē materiā: quā volo diuisam in partes p̄portionales:
 p̄portioē multiplici sesquitercia. prima pars p̄portionalis sit ali
 quātū calida vel alba: secūda in octuplo vel albi or vel calidior: ter
 tia in millecuplo: quarta in sesqui altero: & alię oēs in p̄portione
 ad primā sup̄ quadripartiēti. Hic iam cōsiderare opere p̄cium est
 quā calida sit ea tota materia. Vi. Monstra hęc sunt nō disciplinę
 nec sapiētia eo dementię iam sapiētię philosophia mater venit:
 sperabā me ab hoc philosophastro aliquid sōphię reportaturū: sed
 nihil vt video nisi calorē ingētē si permāsero & estū: ad hęc si vers
 tit manū gelu rigidissimū quis sapiētiā & bonas sciētiās a tāto ca
 lore a tāto albore: a tātis partibus p̄portionabilibus petet. sed qui
 fratrē habeo subnigrū: de albore saltē ne discedā hinc vacuus scisci
 rabor. Heus tu Philosophhe quonāmodo albedo inducitur. Phi. Ab
 agēte p̄ additionē gradus ad gradū. Vi. A quo porro agēte. Phi.
 Ab agente naturali quid scio: ab a vel b vocauit volueris. Vi. aaa
 abecedariū me docet: ac si ego nescirē p̄ albedine dat mihi litteras
 abeat in malā rem & his gerris suos congerrones participes faciat
 nō me: ah verū id esse nūc experior quod amicis distitare solebam
 Parrhisien. philosophos oēm philosophiā inter dētes labra & lin
 guam habere in mēte vero nullā. Gas. Est iam illic Rhetoristes qui
 dam qui quartū Rhetoricorum ad Herēniū & affectuū artē tradit
 eū nos oratorē cōueniamus. Vi. nō est qualē Cicero & Quintilia

Cicero.
 Quinti
 lianus.

Sapientis inquisitio.

nus oratorē volūt qui si esset mirabili quadā ornaretur sapientia: ipsam vero eius puinciā ego quā vt scitis assumpserā p̄fitebarq; me daturū illis breui artē oīum affectuū mouedorū quā opinabar me perbelle habere: sed deus bone q̄ erā falsus aiebā me illos docturū vti sibi gratiā & beneuolētiā cōpararet quā ab illis nequiuī vnq; adipisci. Meorū em̄ laborū cū mercedē postulare ac si telo illos cēdissem oēs fugerūt: sed quid obstat ne hūc audiamus. Rhe. docebā in quodā gymnasio adolefcētes pl̄rosq; auditorio publico hanc artē: erat & mecū idiota quidā nugator & prorsus inscius persuasit illis mox se esse exactissimū Rhetorē: ego vero me aliquā tulum doctū esse nunq; potui persuadere itaq; nihil illic lucrifeci: vos vero vbi videtis doctrinā meam bonis stipēdijs me donate. Gas. Ha ha adolefcētibus quos vocat demētes amētiore se esse doctū nō potuit persuadere in quo minime quēq; apparētiē sufficiūt & psuadebit vti sibi pecunias hi pauperculi dēt a diuitib; & opulētis hoīb; quāto labore vix vn° accipit q̄ certe abūdāt & nōnūq; māriculariū agere oportet: & ab istis egenis extorquebūt. Nā diuites & numatos adolefcētes (videte q̄ bene monet) nō potuit ī sua lectiōe detinere: sciat pri° igit; affect; ciere postea doceat: p̄pterea in isto qui se nō noscit desiderādā esse sapiētiā minus censeo. Verū illic astrorū est perit; quidā quē alloquamur. Salue prognosticator veracissime. Astro. Veracior certe illis quas fingūt hi poetē sybillis & respōsis deorū & vobis sit Capricornus cū Ioue in ascēdēte priniceps viarū vestrarū: quid vultis? Gas. In coelis tuis vir sciētissime inuenisti sapiētiā: habem; hic quēdā Viuē qui mirabile dictu est cum tam parum d; illa gustarit q̄ eius dulcore teneatur atq; itavt exasciari nulla possit. Astro. Mercuriū plures antiqui sapiētē tradi-

Ioānis Lodouici viuis.

Vergili⁹
Ouidius

derūt solem itidem quē ideo animū mentēq; mundi appellarunt:
sed illa lego nō specularor. At dabo vobis signū in quo facillime
nancisci sapiētiā quęatis. Vi. O beatorum qui id scias non iniuria
vos foelices Vergilius & Ouidius appellarunt. Astrologus. Cum
Luna & caput draconis Ioui cōiūgitur quid libet petas licet adeo:
cōsequere petas diuitias. petas sapiētiā petas celebres nuptias.
Gas. Si de decorū mihi nō esset quāte nūc domi tuę cædere multis
hec populo mendacia audes vēditare vt vel terūcium habeas cur
illa hora nō p̄cāre fieri locupletior ne toties mentiri te cogat ege
stas. Vi. mathematicos visamus si tibi est cordi Gaspar mi magis
ster eos certe qui Geometriā qui Arithmeticem qui Musicem qui
Astronomiam qui perspectivā callēt. Gas. Mathematici mi fili
pro nemine Parrhisijs verificat. Vi. in tāto studio tam bone sciē
tię nō sunt cognitę in quibus cum primis versari deberent. Gas. de
berēt quidem sed nec omnia faciūt quę debēt: tenētur illas vniuer
sitaris p̄cepto audire sed nouus abusus antiquum vsū expu
lit qui nisi antiquetur nō video cur iure docti viri parrhisiē. no
minari possint: satis tamē legi facere putāt vbi de p̄cti lineis sup
ficiēbus cauillatorie disputant: sint ne hæc diuisibilia an indiuisi
bilia. Sed de iuriscōsultis quid. Beral. sunt olim sane sapiētes & vo
cati & habitī: nūc vero versutissimi & fraudulētissimi quorū calli
ditate: nulla lex nō est corrupta quotę cuiusq; legis deus bone inte
ger extat sensus. Vi. atqui medicos accēpi p̄scis temporibus iu
dicatos sapiētes. Gas. nūc vero illos nihilo a carnifice differre aiūt
quibus impune occidere & stipem cum necauerit recipere & licere
& oportere sed ne spera cū illis posse differere qui tot negocijs im
plici vix sibi vnq; sufficiunt. Reliquum est vt grauē quēdam

Sapientis inquisitio.

theologum in cliuo illo. Eremitæ id est solitarij vitam ducentem
adeamus. Custos sit tui omnipotēs grauis pater & cum in tētatio
nem fueris adductus sit ipse tecum ne decidas. Theo. & pedes ve
stros fili j mei deducat angelus bonus domini per vias quę placēt
altissimo dñs mihi vobiscum videtur venire tribus in noie illius
sicut spero cōgregatis. Gal. Quid de sapientia sentias obtestamur
bone pater nobis aperias vt gratia paraclēti replearis. The. Nōne
reſte egovos dixi in noie domini cōgregatos qui sapiētiam. i. dei
filiū dei queritis de qua siquidē nox appetit hæc breuiter sentio.
Est ea si quis quoq; modo illā attingere potest omni thesauro oī
bus alijs bonis præſtātor quam non emit crumena nūmis referræ
nec vendit mollis & blāda illa eloquētia: sed timor domini & mēs
sibi recti cōſcia: iniriū sapiētie (inquiūt sapientissimi pater & fi
lius) est timor domini: ceterum magnum dat illi incremētum dei
& hominū vera charitas: quę illam fouet in perfectionē quā certe
tum adipiscimur cum veram sapientiam dei filium intuemur &
cognoscimus vt cogniti sumus: non est itaq; in cura & cremento
rei familiaris vt pleriq; credunt sita sed in animorum prima com
positione. Ideoq; et appollo cum interrogaretur quis esset sapiens
non diues respōdit: sed Socrates cui erat exigua suppellex: anim⁹
vero ingens & ornatissimus: quin potius cum in luci & cæterarū
rerum cupiditates incidimus curis cordis edacibus & furijs agita
ti demētes reddimur ac furiosi. Anima enim quiescēs (ait Aristo
teles) id est affectuū turbiniibus vacans non corpus sedēs sapiētior
sit atq; prudentior vsq; adeo vt nullā circa res mundi credam esse
sapientiā: sed eā mundi sapientiā quę corrumpitur quā perdet de⁹
cum eius sapientibus quęq; apud deū stulticia est. animos vero in


Dauid.
Salomō.


Io. Lodo. vi. Sapiētis inquisitio.


quibus & circa quos versatur sapiētia res quasdā vltra mundanas cum illo Socrate appello. Vi. Affectus autē mi pater q̄ habes moderatos. Theo. Deum in primis hic secedens agentium frequentia etiam in gloriis timeo quē qui timet quomodo mala potes imaginari faciet: nulli irascor: nulli inuideo: opes nō quero cui olus & aqua sufficit & cum parcissimo vtar cibo in luxuriā nō exardesco non inaniter letor quem dei timor complexus est: gaudeo verō in dei timore: neminem odio prosequor: qui deum & homines oēs diligo in quo augetur mihi sapientia. Hanc idcirco vitam agens intinxisse in sapiētia intellectū mihi videor habereq; quasi cmbā ma quoddā: nam furor est perfectam optare quā nulli mortaliū datam contigisse credo. Hæc habui quę de sapientia breuibus nūc dicerem dissertur⁹ plura si me sepius videritis. Vos autem interim moneo vt dimissis mūdi reculis momentaneis & voce quadam instabilissimę plebeculę hanc sequi toto aīo conemint: qđ si facere stueritis hoīb⁹ deoq; optimo maximo eritis p̄p̄ chari. Valete.

Registrum. A B C D. omnes sunt quaterni.


Expliciūt opera Ioānis Lodouici viuis Valentini philosophi. Impressa in indytavibe Lugduncē. opera & imp̄sis Magistri Guilhelmi Huyon. Anno dñi M. ccccxiij die vero. xix. mensis Octobris.







986727



Ra

Bib
d

1